

THE CLASSICAL ASSOCIATION OF CANADA
SOCIÉTÉ CANADIENNE DES ÉTUDES CLASSIQUES

SENIOR UNDERGRADUATE LATIN SIGHT TRANSLATION CONTEST
CONCOURS DE VERSION LATINE IMPROVISÉE NIVEAU SUPÉRIEUR

2008

In a preface to de Bello Gallico VIII, the campaign of 51 B.C., Aulus Hirtius, one of Caesar's officers, describes how he came to take on the task of completing the account of Caesar's campaigns in Gaul. It was with great reluctance, he says, since he is fully aware that inserting his own description between Caesar's Gallic and Civil War commentaries will make him seem presumptuous and invite unfavourable comparison. Hirtius's addressee is Lucius Cornelius Balbus, a friend and political agent of Caesar's.

Dans sa préface au livre huit du De bello Gallico (la campagne de 51 av. J.-C.), Aulus Hirtius, un des officiers de César, décrit pourquoi il a entrepris de compléter l'oeuvre de César sur la guerre des Gaules. C'est une tâche qu'il accomplit avec grande réserve, nous dit-il, conscient qu'il est du risque d'apparaître présomptueux et d'être défavorablement comparé à César en insérant sa propre description des événements entre les commentaires du grand général sur la guerre des Gaules et sur la guerre civile. Hirtius s'adresse à Lucius Cornelius Balbus, un ami et un agent politique de César.

Traduisez en français/Translate into English:

Coactus assiduis tuis vocibus, Balbe, cum cotidiana mea recusatio non difficultatis excusationem sed inertiae videretur deprecationem habere, rem difficillimam suscepi. Caesaris nostri commentarios rerum gestarum Galliae, non comparantibus superioribus atque insequentibus eius scriptis, contexui, novissimumque imperfectum ab rebus gestis Alexandreae confeci usque ad exitum non quidem civilis dissensionis, cuius finem nullum videmus, sed vitae Caesaris. Quos utinam qui legent scire possint quam invitus susceperim scribendos, quo facilius caream stultitiae atque arrogantiae crimine, qui me mediis interposuerim Caesaris scriptis. Constat enim inter omnis nihil tam operose ab aliis esse perfectum quod non horum elegantia commentariorum superetur: qui sunt editi, ne scientia tantarum rerum scriptoribus desit, adeoque probantur omnium iudicio ut praerepta, non praebita facultas scriptoribus videatur. Cuius tamen rei maior nostra quam reliquorum est admiratio: ceteri enim quam bene atque emendate, nos etiam quam facile atque celeriter eos perfecit scimus. Erat autem in Caesare cum facultas atque elegantia summa scribendi, tum verissima scientia suorum consiliorum explicandorum. Mihi ne illud quidem accidit, ut Alexandrino atque Africano bello interesserem; quae bella quamquam ex parte nobis Caesaris sermone sunt nota, tamen aliter audimus ea quae rerum novitatae aut admiratione nos capiunt, aliter quae pro testimonio sumus dicturi. Sed ego nimirum dum omnis excusationis causas colligo ne cum Caesare conferar, hoc ipso crimen arrogantiae subeo, quod me iudicio cuiusquam existimem posse cum Caesare comparari. Vale.

[A. Hirtius, de Bello Gallico VIII, Praef.]